

6#46481.

9  
1734

# BULLARIUM ROMANUM

SEU  
NOVISSIMA ET ACCURATISSIMA  
COLLECTIO  
APOSTOLICARUM CONSTITUTIONUM

Ex autographis, quæ in Secretiori Vaticano,  
aliisque Sedis Apostolicæ Scriniis  
affervantur.

Cum Rubricis, Summariis, Scholiis, &  
Indice quadruplici

## TOMUS NONUS

Complectens Constitutiones ab ALEXANDRO VIII.,  
& INNOCENTIO XII. editas.



ROMÆ MDCCXXXIV.

Typis, & Expensis Hieronymi Mainardi in Platea Montis Citorii:

SUPERIORUM FACULTATE,  
CUM PRIVILEGIO SANCTISSIMI.

ROMA  
ROMA V

.14

1733-62

v.9

c.1

BX855

.14

1733-62

v.9

c.1

Eminentissimo ac Reverendissimo Principi

# JOSEPHO RENATO

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ

## CARDINALI IMPERIALI

HIERONYMUS MAINARDUS

FELICITATEM



ERTIUM magnæ Continuationis ROMANI BULLARI Volumen, ea omnia complectens, quæ Summi Pontifices ALEXANDER VIII., & INNOCENTIUS XII. saluberrime sanxerunt, sub tuis auspiciis, CARDINALIS AMPLISSIME, in lucem emittere sum ausus; quod

a 2

qui-



1080046818

quidem pro singulari tua erga me benignitate,  
ingentibusque collatis beneficiis , Tibi non in-  
jucundum fore spero ; iis vero , quibus explo-  
ratum est , ab horum Pontificum altero , Te Car-  
dinalem creatum , ab altero , integritatis & in-  
genii tui opinione , summopere ornatum , non  
improbatum iri confido . Nemo enim ignorat,  
quanti Te , & suffragia tua in negociis , quam-  
quam arduis , facillime expediendis , conficien-  
disque , Sanctissimi illi Pontifices ( quemadmo-  
dum & eorum Successores Sapientissimi ) fece-  
rint , & quantam prudentiae , fidei , integritatis ,  
justitiæ , munificentiae , ac pietatis tuæ rationem  
in rebus omnibus habuerint . Quas certe , cæ-  
terasque eximias virtutes , quarum splendore  
præditum Te , universi suspicentes & colue-  
runt , & summis laudibus extulerunt , a majo-  
ribus tuis nobilissimis , ac præsertim a magno  
patruo CARDINALI LAURENTIO , de Apostoli-  
ca Sede , atque hac alma Urbe per egregiam  
impensam operam , optime merito , veluti hæ-  
reditario jure acceptas , & a tantis Pontificibus  
comprobatas , novis semper incrementis ad om-  
nium utilitatem cumulare studuisti . Itaque cum  
videres e re publica esse , ut Romanorum Ponti-  
ficum Sanctiones rursus summo studio ac dili-  
gentia ederentur SANCTISSIMUM DOMINUM NO-  
STRUM CLEMENTEM XII. PONT. MAX.  
qui nunc Ecclesiam Catholicam feliciter mo-  
deratur , & consiliorum & precum gravitate  
confirmasti , ut earum imprimendarum onus  
mihi

mihi demandaret . Tu mihi stimulos , animos-  
que addidisti , ut tam immensum , tantaque im-  
pensa operarum laborem alacriter susciperem .  
Quamobrem hoc inter cætera luculenta benefi-  
centiæ tuæ munera non ultimum reputo , atque  
Tibi gratias ago immortales : Omnipotentem  
Deum supplicibus votis obsecrans , ut Te no-  
bis diu sospitem & incolumem servet . Interim  
Tomum hunc , tanquam perenne meæ erga Te  
observantiae , tuorumque in me meritorum do-  
cumentum , dum Tibi dico , dedicoque , demis-  
sis precibus a Te peto , ut ea , qua me imme-  
rentem per omne tempus complexus es huma-  
nitate , illum excipias , meque patrocinio tuo  
potentissimo fovere , atque tueri pergas .